**δίκωλος / dicolos**

Schol. in Aristoph. *Ach*. 284a (p. 48. 14 sqq. Wilson) vet (ad vv. 284-346) Ἡράκλεις] διπλῆ· εἶτα ἕπεται δυὰς μονοστροφικὴ ἀμοιβαία τὰς περιόδους ἔχουσα δεκακώλους, ἐκ στίχων δύο τροχαικῶν τετραμέτρων καταληκτικῶν καὶ κώλων η΄· ὧν τοὺς μὲν στίχους ὁ ὑποκριτὴς λέγει, τὰ δὲ κῶλα ὁ χορός. πρῶτος τοίνυν ἐστὶ <στίχος> ἐν ἐκθέσει †κατὰ τὸ ἴσον τοῖς χορικοῖς ἃ ποιεῖ δοχμὸν συζυγίαν καὶ παίωνας τρεῖς καὶ διαίρεσιν†. τῷ δὲ δικώλῳ τούτῳ <ἀντιστροφικὸν> τὸ μὲν πρῶτόν ἐστιν· (v. 336)

ἀπολεῖς ἄρα τὸν ἥλικα τόνδε φιλανθρακέα,

τὸ δὲ τῆς δευτέρας· (v. 342)

οὗτοι ἴσοι χαμαί.

Schol. in Aristoph. *Ach*. 490 (p. 70. 2 sqq. Wilson) vet (ad vv. 490-495) τί δράσεις] διπλῆ καὶ τριὰς μεσῳδική, ἧς αἱ μὲν ἑκατέρωθέν εἰσι δίκωλοι διπλῶν δοχμίων, ἡ δὲ μέση δίστιχος ἰαμβικὴ τρίμετρος ἀκατάληκτος ΕΓ.

Schol. in Aristoph. *Ach*. 1214a (p. 148. 16 sqq. Wilson) Tr vet (ad vv. 1214-1225) λάβεσθέ μου λάβεσθε] διπλῆ καὶ δυάδες τρεῖς, δικώλους ἔχουσαι τὰς περιόδους, ἐξ ἰάμβου τριμέτρου ἀκαταλήκτου ἐκκειμένου <καὶ κώλων διαφόρων>. τῆς μὲν οὖν πρώτης δυάδος τὸ δεύτερόν ἐστι παιωνικὸν δίρρυθμον, τὸ ʻπροσλάβεσθʼ ὦ φίλαιʼ ΕΓ.

Schol. in Aristoph. *eq*. 941a (p. 216. 19 sqq. Jones-Wilson) vet (ad vv. 941-942) εὖ γε νὴ τὸν Δία] διπλῆ καὶ τοῦ χοροῦ <περίοδος> δίκωλος ἐν ἐπεισθέσει, ὧν τὸ πρῶτον ἐκ τροχαϊκῆς βάσεως καὶ ἀναπαιστικῆς, καὶ ἑφθημιμερὲς ἢ ἰωνικόν, ἀπὸ μὲν τριμέτρου καταληκτικόν. ἀτακτότερον δὲ ἔχει τὴν τροχαϊκὴν βάσιν ἑπτάσημον. τὸ δὲ δεύτερον πενθημιμερὲς κοινὸν δακτυλικὸν καὶ ἀναπαιστικόν.

Schol. vet. in Aristoph. *nub*. 700c (p. 149. 11 sqq. Holwerda) τὸ μέτρον χοριαμβικὰ τοῖς ἀμβικοῖς ἐπιμεμιγμένα. διπλῆ δὲ καὶ περίοδος ἑπτάκωλος ἀντὶ δεκακώλου, ὧν τελευταῖον· (v. 706)

ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων·

ὑφʼ ὃ διπλαῖ δύο κατὰ τὴν ἀρχήν. ἕπεται δὲ ἀμοιβαῖον δίκωλον· καὶ τὸ μὲν τοῦ πρεσβύτου ἐν παρεκθέσει τετρασύλλαβον κατὰ πόδα χορίαμβος, τὸ δὲ τοῦ χοροῦ ἐν ἐπεισθέσει παιωνικὸν βακχειακὸν δίρρυθμον.

Schol. vet. in Aristoph. *nub*. 1444a (p. 245. 14 sqq. Holwerda) τοῦθʼ ἕτερον αὖ μεῖζον] διπλῆ καὶ μέλος ἀμοιβαῖον, οὗ ἡ ἀρχή· ʻτοῦθʼ ἕτερον αὖ μεῖζονʼ, τέλος δὲ ʻκαὶ τὸν λόγον τὸν ἥττωʼ. ἔστι δὲ ἰαμβικὰ τρίμετρα ἀκατάληκτα <τὰ> μέσα τρία· καὶ τὸ πρῶτον ἰαμβεῖον τετράμετρον καταληκτικόν. τινὲς δὲ διαιροῦσι τοῦτο εἰς δύο, ἐπειδὴ καὶ τὰ πρόσωπα κεχωρισμένα εἰσί· καὶ γίνεται μεσῳδικὴ τριὰς ἑκατέρωθεν ἔχουσα δικώλους. τινὲς δὲ <τὴν> μέσην τετράκωλον.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 4. 16 sqq. Keller secunda ᾠδή (Hor. carm. I 2) dicolos est tetrastrophos, idest cantus duobus generibus metri conpositus a quarto facta replicatione; habet enim primos tres versus similes, quibus nomen est sa<p>phicis et constant troch<a>eo, spondeo, dactilo, duobus troch<a>eis. quartus vero, qui adonius dicitur, dactilo et spondeo pedibus terminatur, uti-

turque (scil. Horatius) hac metri compositione VI et XX cantibus, quorum primordia subnotavi: (*carm*. I 2. 1)

iam satis terris nivis atque dirae,

(*carm*. I 10. 1)

Mercuri facunde nepos Atlantis,

(*carm*. I 12. 1)

quem virum aut heroa lyra vel acri,

(*carm*. I 20. 1)

vile potabis modicis Sabinum,

(*carm*. I 22. 1)

integer vitae scelerisque purus,

(*carm*. I 25. 1)

parcius iunctas quatiunt fenestras,

(*carm*. I 30. 1)

o Venus regina Cnidi Paphique,

(*carm*. I 32. 1)

poscimus siquid vacui sub umbra,

(*carm*. I 38. 1)

Persicos odi puer apparatus,

(*carm*. II 2. 1)

nullus argento color est avaris,

(*carm*. II 4. 1)

ne sit ancillae tibi amor pudori,

(*carm*. II 6. 1)

Septimi Gades aditure mecum,

(*carm*. II 8. 1)

ulla si iuris tibi peierati,

(*carm*. II 10. 1)

rectius vives Licini neque altum,

(*carm*. II 16. 1)

otium divos rogat in patenti,

(*carm*. III 8. 1)

Martiis celebs quid agam Kalendis,

(*carm*. III 11. 1)

Mercuri nam te docilis magistrum,

(*carm*. III 14. 1)

Herculis ritu modo dictus o plebs,

(*carm*. III 18. 1)

Faune Nympharum fugientium amator,

(*carm*. III 20. 1)

non vides quanto moveas periclo,

(*carm*. III 22. 1)

montium custos nemorisque virgo,

(*carm*. III 27. 1)

impios parrae recinentis omen,

(*carm*. IV 2. 1)

Pindarum quisquis studet <a>emulari,

(*carm*. IV 6. 1)

dive quem proles Niobea magnae,

(*carm*. IV 11. 1)

est mihi nonum superantis annum,

(*carm*. *saec*. 1)

Phoebe silvarumque potens Diana.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 5. 30 sqq. Keller tertia ᾠδή (Hor. *carm*. I 3) dicolos est distrophos, hoc est duplici genere metri scripta, a secundo facta replicatione. nam prior versus, cui gliconium nomen datur, constat spondeo, choriambo et pyrrichio sive iambo. secundus vero versus asclepiadeus est, cuius iam in prima ᾠδῇ reddimus rationem. ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione XII tantum cantibus, ut subiecta monstrabunt: (*carm*. I 3. 1)

sic te diva potens Cypri,

(*carm*. I 13. 1)

cum tu Lydia Telephi,

(*carm*. I 19. 1)

mater saeva Cupidinum,

(*carm*. I 36. 1)

et ture et fidibus iuvat,

(*carm*. III 9. 1)

donec gratus eram tibi,

(*carm*. III 15. 1)

uxor pauperis Ibici,

(*carm*. III 19. 1)

quantum distet ab Inacho,

(*carm*. III 24. 1)

intactis opulentior,

(*carm*. III 25. 1)

quo me Bacche rapis tui,

(*carm*. III 28. 1)

festo quid potius die,

(*carm*. IV 1. 1)

intermissa Venus diu,

(*carm*. IV 3. 1)

quem tu Melpomene semel.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 6. 17 sqq. Keller quarta ᾠδή (Hor. *carm*. I 4) dicolos est distrophos. primus enim versus, qui archilochius dicitur, constat tetrametro heroico et tribus troch<a>eis. secundus vero penthemimerim iambicam habet, et similiter tres troch<a>eos. ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius primus versus adscriptus est: (*carm*. I 4. 1)

solvitur acris hiemps grata vice veris et favoni.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 7. 8 sqq. Keller sexta ᾠδή (Hor. *carm*. I 6) dicolos est tetrastrophos. primi enim versus tres asclepiadei sunt, quartus

gliconius, quorum iam meminimus. ususque est (*scil.* Horatius) hac metri compositione tantum novies, ita: (*carm.* I 6. 1)

scriberis Vario fortis et hostium,

(*carm.* I 15. 1)

pastor cum traheret per freta navibus,

(*carm.* I 24. 1)

quis desiderio sit pudor aut modus,

(*carm.* I 33. 1)

Albi ne doleas plus nimio memor

(*carm.* II 12. 1)

nolis longa ferae bella Numantiae,

(*carm.* III 10. 1)

extremum Tanain si biberes Lice,

(*carm.* III 16. 1)

<inclusam Danaen turris aenea>,

(*carm.* IV 5. 1)

divis orte bonis optume Romule,

(*carm.* IV 12. 1)

iam veris comites quae mare temperant.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 7. 21 sqq. Keller septima ᾠδή (Hor. *carm.* I 7) dicolos est distrophos. nam prior versus heroicus est, qui sex pedibus, dactilo et spondeo indifferenter, constat. sequens ex tetrapodia [ultima] constat heroica. utitur (*scil.* Horatius) hac compositione tantum tertio, ita: (*carm.* I 7. 1)

laudabunt alii claram Rhodon aut Mitilenem,

(*carm.* I 28. 1)

te maris et terrae numeroque carentis harenae,

(*epod.* 12. 1)

quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 8. 1 sqq. Keller octava ᾠδή (Hor. *carm.* I 8) dicolos est distrophos. nam primus versus choriambicus constat ex choriambo et bachio vel amphibrachi. secundus ex epitrito secundo, duobus choriambis et bachio. utiturque (*scil.* Horatius) hac compositione semel, ita: (*carm.* I 8. 1 sq.)

Lydia dic per omnes
hoc deos oro Sibarim cur properes amando.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 10. 1 sqq. Keller undecima ᾠδή (Hor. *carm.* II 18) dicolos est distrophos. nam prior versus constat amphimacro et monometro iambico. secundus vero trimeter est iambicus claudus. iambicus autem versus non solum iambum, sed et heroicum recipit pedem cum solutionibus suis locis scilicet inparibus et tribrachin cunctis. ususque (*scil.* Horatius) invenitur hac metri compositione uno tantum cantu, sic: (*carm.* II 18. 1)

non ebur neque aureum.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 10. 15 sqq. Keller tertia decima ᾠδή (Hor. *carm.* IV 7) dicolos est distrophos. prior enim versus est heroicus. sequens eius habet penthemimerim. utiturque (*scil.* Horatius) hac metri compositione semel tantum, ita: (*carm.* IV 7. 1 sq.)

diffugere nives redeunt iam gramina campis
arboribusque com<a>e.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 10. 21 sqq. Keller quarta decima ᾠδή (Hor. *epod.* 1) dicolos est distrophos. prior enim versus trimeter est iambicus. sequens dimeter iambicus. utitur autem (*scil.* Horatius) hac metri compositione novies (*immo* decies) tantum, ita: (*epod.* 1. 1)

ibis Liburnis inter alta navium,

(*epod.* 2. 1)

beatus ille qui procul negotiis,

(*epod.* 3. 1)

parentis olim siquis impia manu,

(*epod.* 4. 1)

lupis et agnis quanta sortito obtigit,

(*epod.* 5. 1)

<at o deorum quicquid in caelo regit>,

(*epod.* 6. 1)

quid inmerentes hospites vexas canis,

(*epod.* 7. 1)

quo quo scelesti ruitis aut cur dext<e>ris,

(*epod.* 8. 1)

rogare longo putidam te saeculo,

(*epod.* 9. 1)

quando repostum C<a>ecubum ad festas dapes,

(*epod.* 10. 1)

mala soluta navis exit alite.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 11. 11 sqq. Keller quinta decima ᾠδή (Hor. *epod.* 11) dicolos est distrophos. prior enim versus trimeter est iambicus integer. sequens vero constat ex pentimimeri heroica et dimetro iambico. utiturque (*scil.* Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu: (*epod.* 11. 1)

Pecti nihil me sicut antea iuvat.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 11. 16 sqq. Keller sexta decima ᾠδή (Hor. *epod.* 13) dicolos est distrophos. prior enim versus heroicus invenitur. sequens vero constat ex dimetro iambico et penthemimeri heroica, qua compositione utitur (*scil.* Horatius) semel: (*epod.* 13. 1)

horrida tempestas caelum contraxit et imbres.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 11. 21 sqq. Keller septima decima ᾠδή (Hor. *epod.* 14) dicolos est distrophos. nam prior versus heroicus est integer. secundus dimeter iambicus invenitur. utitur (*scil.* Horatius) hac compositione metri duabus tantum cantibus: (*epod.* 14. 1)

mollis inertia cur tantam diffuderit imis,

(*epod.* 15. 1)

nox erat et caelo fulgebat luna sereno.

[Acron] in Hor. *expos. metr.* I, p. 11. 27 sqq. Keller octava decima ᾠδή (Hor. *epod.* 16) dicolos est distrophos. prior enim versus heroicus est integer.

secundus trimeter iambicus invenitur. utiturque (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu: (*epod*. 16. 1)

altera iam teritur bellis civilibus aetas.

Apthon. GL VI 160. 33 sqq. prima igitur eiusdem (*scil.* Horatii) ode monocolos inducitur, id est unius metri qualitate composita. sed et ea quae unius generis habent cola eadem appellatione censentur, dicoloe autem duorum, similiter tricoloe vel tetracoloe trium seu quattuor generum diversitate subsistunt.

Apthon. GL VI 165. 23 sqq. octava ode similiter cum epodo *** dimetro, quod tamen proodicon factum est. nam maiori metro minus praelatum est, quod constat ex choriambo et bacchio. hoc quoque carminis genus dicolon ab Alcaeo lyricus noster accepit, quod est huius modi: (Hor. *carm*. I 8. 1 sq.)

Lydia, dic per omnes
hoc deos vere, Sybarin cur properas amando.

Diom. GL I 438. 26 sqq. mora est levis in continuatione sensuum interposita discretio legitimae distinctionis substinctionisque medium obtinens locum, ita ut nec perfecta in totum nec omissa videatur sed significatione inmorandi alterius desideret principium sensus, et hoc solum modo servat officium ut legenti spiritum brevissima respiratione refoveat et nutriat. sic enim pronuntiando reticere quis debet, quia spiritus ipse quadam defectione vincatur, deinde resumatur, ut est: (Verg. *Aen*. VIII 1 sqq.)

ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu,
utque acris concussit equos, utque inpulit arma,
extemplo turbati animi.

multae enim causae sunt mediae huius lectionis, primum ne confundantur quae dicola et tricola ponuntur et talia, deinde ut actus verborum emineat et luceat, qui ex aliquo moveatur affectu vel indignatione vel miseratione conlata; vel certe cum quadam artatione sermonis quae ἐμφατικῶς a poetis congeruntur.

Diom. GL I 519. 21 sqq. tertia ode dicolos horatianum metrum habet, cuius prior versus constat ex glyconio et recipit tres pedes, spondeum, choriambum, iambum: (Hor. *carm*. I 3. 1)

sic te, diva potens, Cypri.

alter vero asclepiadeum habet et penthemimeres appellatur, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus sic: (Hor. *carm*. I 3. 2)

sic fra,tres Hele,nae, lucida, sidera.

quarta ode dicolos metrum ithyphallicum habet, et constat prior versus ex tetrametro heroo arctico et ex tribus trochaeis sic, dactylus, dactylus, spondeus, dactylus, trochaei tres sic: (Hor. *carm*. I 4. 1)

solvitur , acris hi,ems gra,ta vice, veris, et fa,voni;

alter vero ex penthemimere iambico et tribus trochaeis sic: (Hor. *carm*. I 4. 2)

trahuntque siccas, machi,nae ca,rinas.

Diom. GL I 520. 15 sqq. septima ode dicolos metrum archilochium habet, quod constat hexametro heroico et tetrametro item heroico arctico. <et scanditur> unus sic, spondeus, dactylus, spondeus, dactylus, dactylus, spondeus: (Hor. *carm*. I 7. 1)

lauda,bunt ali,i cla,ram Rhodon, aut Mity,lenen;

alter vero sic, dactylus, dactylus, dactylus, spondeus: (Hor. *carm*. I 7. 2)

aut Ephe,sum bima,risve Co,rinthi.

Diom. GL I 520. 21 sqq. octava ode dicolos metrum habet anacreonteum et alcaicum. scanditur vero sic, anacreonteum ex choriambo et bacchio, interdum et amphibracro: (Hor. *carm*. I 8. 1)

Lydia dic, per omnes.

item alcaicum constat ex hippio secundo et duobus choriambis et bacchio sic: (Hor. *carm*. I 8. 2)

hoc deos ve, re Sybarin, cur properes, amando.

Atil. Fortvn. GL VI 294. 24 sqq. haec autem Horatii carmina, de quibus dicere institui, monostropha Graeci appellaverunt, quod prima strophe duobus vel tribus <vel quattuor> colis explicata ceteras sequentes similes habeant, nec in aliqua parte interveniente epodo cola mutentur. colon quid sit diximus, a quo <dicola sive> tricola sive tetracola dicuntur haec carmina.

Atil. Fortvn. GL VI 297. 24 sqq. III (Hor. *carm*. I 3. 1 sq.)

sic te diva potens Cypri
sic fratres Helenae lucida sidera:

tertia ode dicolos est, habet primum octosyllabum anacreontium, quem et glyconium vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo et duobus dactylis.

Atil. Fortvn. GL VI 298. 6 sqq. IIII (Hor. *carm*. I 4. 1 sq.)

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,
trahuntque siccas machinae carinas.

quarta quoque dicolos ad exemplum Archilochi facta: (fr. 188. 1 West)

οὐκέθ᾽ ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ ἤδη …

posterior pars, 'veris et favoni', ithyphallicus versus est ex tribus trocaheis.

Serv. GL IV 468. 21 sqq. secunda ode (Hor. *carm*. I 2) dicolos est tetrastrofos. primi enim tres versus, quibus nomen est safficis, constant trochaeo, spondio, dactylo et duobus trochaeis; quartus vero, qui adonius dicitur, dactylo et spondio pedibus terminatur.

Serv. GL IV 469. 11 sqq. tertia ode (Hor. *carm*. I 3) dicolos est distrofos. nam primus versus, cui glyconio vocabulum datur, constat spondio et duobus dactylis; secundus vero asclepiadeus est, cuius iam in prima ode dedimus rationem; ususque invenitur (*scil*. Horatius) hac metri compositione duodecim tantum cantibus, ut subscripta monstrabunt: (*carm*. I 3. 1)

sic te diva potens Cypri,

(*carm*. I 13. 1)

cum tu Lydia Telefi,

(*carm*. I 19. 1)

mater saeva cupidinum,

(*carm*. I 36. 1)

et ture et fidibus iuvat,

(*carm*. III 9. 1)

donec gratus eram tibi,

(*carm*. III 15. 1)

uxor pauperis Ibyci,

(*carm*. III 19. 1)

quantum distet ab Inacho,

(*carm*. III 24. 1)

intactis opulentior,

(*carm*. III 25. 1)

quo me Bacche rapis tui,

(*carm*. III 28. 1)

festo quid potius die,

(*carm*. IV 1. 1)

intermissa Venus diu,

(*carm*. IV 3. 1)

quem tu Melpomene semel.

Serv. GL IV 469. 20 sqq. quarta ode (Hor. *carm*. I 4) dicolos est distrofos. prior enim versus, qui est archilochius, constat tetrametro heroico et trochaeis tribus; secundus vero penthemimeri iambica et tribus trochaeis similiter terminatur, ususque est (*scil.* Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus adscriptus est: (*carm*. I 4. 1)

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

Serv. GL IV 469. 32 sqq. sexta ode (Hor. carm. I 6) dicolos est tetrastrofos. primi enim tres versus asclepiadei sunt, quorum iam meminimus, quartus glyconius; ususque est (scil. Horatius) hac metri compositione novem tantum cantibus, quorum subnotavi principia: (carm. I 6. 1)

scriberis Vario fortis et hostium,

(carm. I 15. 1)

pastor cum traheret per freta navibus,

(carm. I 24. 1)

quis desiderio sit pudor aut modus,

*** (*carm*. II 12. 1)

nolis longa ferae bella Numantiae,

(*carm*. III 10. 1)

extremum Tanaim si biberis Lyce,

(*carm*. III 16. 1)

inclusam Danaen turris aenea,

(*carm*. IV 5. 1)

divis orte bonis optume Romyleae,

(*carm*. IV 12. 1)

iam veris comites quae mare temperant.

Serv. GL IV 470. 3 sqq. septima ode (Hor. *carm*. I 7) dicolos est distrofos. nam prior versus heroicus est, qui sex pedibus, dactylo scilicet et spondio <in>differenter positis, terminatur, secundus vero tetrametro acefalo eius efficitur; ususque est (*scil.* Horatius) hac metri compositione tribus tantum cantibus, quorum primos versus adposui: (*carm*. I 7. 1)

laudabunt alii claram Rhodon aut Mytilenen,

(*carm*. I 28. 1)

te maris et terrae numeroque carentis harenae,

(*epod*. 12. 1)

quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.

Serv. GL IV 470. 9 sqq. octava ode (Hor. *carm*. I 8) dicolos est distrofos; prior enim versus efficitur choriambo et palinbacchio; secundus vero constat ex epitrito secundo, duobus choriambis et palinbacchio; ususque <est> (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius primus versus adscriptus est: (*carm*. I 8. 1)

Lydia dic per omnes.

Serv. GL IV 471. 4 sqq. undecima ode (Hor. *carm*. II 18) dicolos est distrofos. nam prior versus cretico pede et monometro iambico terminatur, secundus vero trimeter est iambicus, sed claudus. iambicus autem versus non iambum solum sed et heroicos recipit pedes, locis scilicet inparibus [et dibracchi coniuncto]; ususque invenitur (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius primus versus ascriptus est: (*carm*. II 18. 1)

non ebur neque aureum.

Serv. GL IV 471. 15 sqq. tertia decima ode (Hor. *carm*. IV 7) dicolos est distrofos. nam prior versus heroicus est, sequens vero penthemimeres eius efficitur; ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus ascriptus est: (*carm*. IV 7. 1)

diffugere nives redeunt iam gramina campis.

Serv. GL IV 471. 19 sqq. quarta decima ode (Hor. *epod*. 1) dicolos est distrofos. prior enim versus trimeter est iambicus, secundus vero dimeter invenitur; ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione decem tantum cantibus, quorum primordia subnotavi: (*epod*. 1. 1)

ibis Libyrnis inter alta navium,

(*epod*. 2. 1)

beatus ille qui procul negotiis,

(*epod*. 3. 1)

parentis olim siquis impia manu,

(*epod*. 4. 1)

lupis et agnis quanta sortito optigit,

(*epod*. 5. 1)

at o deorum quicquid in caelo regit,

(*epod*. 6. 1)

quid inmerentis hospites vexas canis,

(*epod*. 7. 1)

quoquo scelesti ruitis aut cur dexteris,

(*epod*. 8. 1)

rogare longo putidam te saeculo,

(*epod*. 9. 1)

quando sepositum caecubum ad festas dapes,

(*epod*. 10. 1)

mala soluta navis exit alite.

Serv. GL IV 471. 27 sqq. quinta decima ode (Hor. *epod*. 11) dicolos est distrofos. nam prior versus trimeter iambicus <est>, secundus vero constat ex dimetro iambico; ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus ascriptus est: (*epod*. 11. 1)

Pecti nihil me sicut antea iuvat.

Serv. GL IV 471. 31 sqq. sexta decima ode (Hor. *epod*. 13) dicolos est distrofos. prior enim versus heroicus invenitur, secundus vero constat ex dimetro iambico et penthemimere heroico; ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius principium subnotavi: (*epod*. 13. 1)

horrida tempestas caelum contraxit et imbres.

Serv. GL IV 471. 35 sqq. septima decima ode (Hor. *epod*. 14) dicolos est distrofos. nam prior versus heroicus est, secundus vero iambicus dimeter invenitur; ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione duobus tantum cantibus, ut subiecta monstrabunt: (*epod*. 14. 1)

mollis inertia cur tantum diffuderit imis,

(*epod*. 15. 1)

nox erat et caelo fulgebat luna sereno.

Serv. GL IV 472. 3 sqq. duodevicensima ode (Hor. *epod*. 16) dicolos est distrofos. nam prior heroicus, secundus trimeter iambicus invenitur; ususque est (*scil*. Horatius) hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus ascriptus est: (*epod*. 16. 1)

altera iam teritur bellis civilibus aetas.

Dosith. 93. 7 sqq. distinctio est silentii nota cum sensu terminato. huius autem signum est punctum supra versum positum. subdistinctio est diuturnitas quaedam temporis differens orationem ad sententiae qualitatem. huius autem <signum> est punctum sub versu positum, ut est illud: (Verg. *Aen*. II 54 sqq.)

et si fata deum, si mens non laeva fuisset,
impulerat ferro Argolicas foedare latebras;
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneret.

non enim similiter ut in distinctione silentium interpositum tacere permisit. media vel mora est silentium legitimae distinctionis <subdistinctionis>que medium obtinens locum, quae hoc solum servat officium, ut legentis spiritum levissima respiratione refoveat et nutriat. sic enim pronuntiando reticere quis debet, quoad spirat, <quia spiritus> ipse a defectione vincatur, <deinde> vires resumat. multae autem causae mediae huius lectionis: primum ne confundantur quae dicola vel tricola ponuntur; deinde ut actus verborum emineat et luceat, qui ex aliquo venit affectu vel indignatione seu miseratione conlata aut certe quadam artatione sermonis quae emfaticos a poetis <congeruntur>.

Schol. in Hor. λφψ 13. 11 Botschuyver (Hor. *carm*. I 3) prosphonetice dicolos Vergilii.

Schol. in Hor. λφψ 16. 24 sq. Botschuyver (Hor. *carm*. I 4) paraenetice dicolos Sestio Quirino qui et Festus dictus est.

Schol. in Hor. λφψ 23. 1 Botschuyver (Hor. *carm*. I 7) paraenetice dicolos ad Plancum.

SCHOL. in Hor. λφψ 26. 24 Botschuyver (Hor. *carm*. I 8) eristice dicolos ad Lydiam.

SCHOL. in Hor. λφψ 38. 12 sqq. Botschuyver (Hor. *carm*. I 13) erotice dicolos alloquitur Lydiam meretricem aitque tormentum esse cum Telephi formam laudat.

SCHOL. in Hor. λφψ 50. 5 Botschuyver (Hor. *carm*. I 19) erotice dicolos Glycerae.

SCHOL. in Hor. λφψ 192. 20 sqq. Botschuyver (Hor. *carm*. IV 2. 12) lege solutis] non uniformiter posuit, quia ad voluntatem unusquisque lyricus poeta metrum sibi fingit seu volt archiloicum, sapphicum vel pindaricum et plerumque etiam sub una ode tria aut quattuor genera metri comprehendit, unde dicolos, tetracolos appellantur. [*M.E.*]